frustra conturbatur. Thesaurizat et ignorat
cui congregabit ea. Et nunc que est exspec
tacio mea nonne dominus. et substancia mea a
pud te est. Ab omnibus iniquitatibus meis
erue me. obprobrium insipienti dedisti me
Obmutui et non aperui os meum. quoniam tu fecisti
amoue a me plagas tuas. A fortitudine
manus tue ego defeci in increpacionibus.
propter iniquitatem corripuisti hominem
Et tabescere fecisti sicut araneam animam
eius. verumtamen vane conturbatur omnis
homo. Exaudi oracionem meam domine et depre
cacionem meam auribus percipe lacrimas meas
Ne sileas quoniam aduena ego sum apud te
et peregrinus sicut omnes patres mei. Remit
te michi ut refrigerer prius quam abeam
Exspectans ps. et amplius non ero. D.d.
exspectaui dominum. et intendit michi
Et exaudiuit preces meas et eduxit me de
lacu miserie et de luto fecis. Et statuit sup
petram pedes meos. et direxit gressus me
os. Et inmisit in os meum canticum nouum
carmen deo nostro. Videbunt multi et timebunt